quae in terris agitur uanitatem; Nisi enim quis ad illam celsitudinē
uolatu animae diuiniore conscenderit, non poterit terram dispice
re neque ea quae geruntur in terris; Labor enim ei de supnis esse debet
aspectus liber auditus ut lingua possit liberum uerbo pbere ministeriū,
Oportet ergo est uolentem boni huius adire principia prius animo et mente se
cedere ab omni perturbatione ac fluctuatione uisibilium atque ad illa
conscendere et penetrare silentia ubi quies summa et tranquillitas iugis pu
ra serenitas et nihil prorsus quod moueat nihil quod intentum sollicitet ani
mum aut indaginem cogitationis inrumpat. Sed inmobilis oculis mentis
in desiderium dī toto intentione defixus, sit auditus silens qui et interius
in hoc solum dirigitur ut audiat uerbum dī et consona diuinorum sensuum modu
latione laetetur; Cuius tanta uis est ut si semel obtinuerit ac possiderit animum.
neque cibum ultra neque potum neque somnum requirat; horum enim omnium
uoluntas ad desiderium translata est diuinorum uerborum sensuum quae cae
lestium. Hunc esse ergo sed et animae statum uolentis de conpunctione cordis uel
dicere aliqua uel capere ut aliena ab omni pturbatione et sollicitudine uitae
huius effecta spiritalis philosophiae altitudinem. et caelestis puritatis uerti
cem teneat. quo nequaquam possit ab aliquo sensu eorum quae in terris gerun
tur omnino pulsari, nam corpus uel corporis sensus animam docet terrenis reb;
intentā ēē. Innumeris uinculis onerant et undique ei nubes corporalium congre
gant uoluptatum, ad haec ministrat auditus ad haec odoratus ad haec etiam
tactus et gustus cunctarumque quae extrinsecus geruntur malorum pturbatio
nes uelut in sentinam ita in animam conuectant, quod si se abstrahere uolue
rit a terrenis et studia sua ad spiritalia instituta conuertere excludit cor
poralibus sensibus aditum p quem sibi ministrare adque introducere solebant
imagines malorum; Excludit autem non ipsis sensib; obturatis sed intentionib;
eorum ad spiritalia caelestia que conuersis. Sicut enim dominatribilis quae
dam et satis seuera uolens unguentum aliquid conficere necessarium et ptio
sum pluribus ad hoc indigens ministris multasque manus requirens Suscitat
famulas suas, adque ad rem et ipsam congregat, Imperat aliae tenere libram
ita aequis ponde rib; unaque quae species misceatur. et neque amplius aliquid
neque minus quā oportet habeat sciens non posse utile effici quod conpo
nitur nisi summa lib ratione mensura seruetur; aliae terere iniungit quae
duriora sunt et summā cum labore uigilare ne quid durū inueniatur aut asperū,
aliae cernere cribellis quod tunditur iubet ut grossiora quaeque pigmta a minutis.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc452/0336